In nomine domini amen. Saybão quantos este presente pubrico est.º detrellado dehũa letra de corte de Roma
dado Aucte ordinaria empublica forma virem que no anno do nacimento denosso Sõr Jhũ xpo demil e quinhentos e quorenta e tres / Aos xj. dias domes de Junho do dito anno em a muy nobre e sempre leal çidade de lixboa dentro em as pou-
sadas do Sõr doutor Christovã teixeira desembargador e Vigairo gral do Arcebpãdo delixboa pello Illustre e Rmo Sõr ho Sõr dom fernando per merçe de deos e da sancta Igreja de Roma metropolitano arçebpo delixboa capellão mor delrrey nosso Sõr etc./
Por parte do Prior e Conuento do Moesteyro de sam Jeronimo da Couas de Seuilha lhe foy apresentada hũa letra de Corte de Roma conçedida ao espital de todolos sanctos desta cidade do Papa Sixtum olim na Igreja de deos presidente es-
cripta empurgaminho com hũ sello de chumbo Impendente per corti de canhamaço branco / nõ viciada nẽ cancellada nẽ em alguã parte de si sospeita / antes carecente de todo viçio e sospeiçam segundo per elle prima facie parecia / da qual ho tres-
lado se segue. / ¶ Sixtus epus seruus seruorum dei Venerabili fratri Nunio Epo Tingen in ciuitate Ulixbonen commoranti / et dilectis filijs Archidiacono de Sanctaren ac fernando gundisalui Canonico ecclesie Ulixbonen Salutem et apposto-
licam benedictionem / Ex debito solicitudinis officij pastoralis circa hospitalium aliorũqz piorum locorum quorũlibet statum salubriter confouendum / solicitis vigilamus studijs / eaqz sic cupimus aplice prouisionis ope dirigi / ut nedum dispendiosis concutione in
cõmodis sed prosperis auctore domino iugiter proficiant incremẽtis. Sane pro parte dilecti filij Nobilis viris Johãnis Principis Portugallie / Charissimi in xpo filij nri Alfonsi Regis Portugallie Illustris primogeniti nobis nuper exhibita petitio cõtinebat
quod licet in Ciuitate Ulixbonen sint quam plura pauperum Hospitalia pluresqz domus ad hospitalitatem deputate tamen cuiuslibet hospitalium et Domorum hmoi fructus ad decentem inibi hospitalitatem seruandam et alia eorum onera perferenda cõmode nõ sufficiãt
et si in eadem Ciuitate de nouo construeretur Unum Amplum et solemne hospitale pauperum / cum Amplis et necessarijs ac cõmodis officinis ad caritatiuam hospitalitatem pauperum peregrinorum languidorum infirmorum et aliarum miserabilium personarum inibi decenter
seruandam et eidem hospitali vnirentur annecterentur et incorporarentur singula alia hospitalia pauperum Ciuitatis predicte / et domos ad hospitalitatem hmoi deputate de bijs solum / omnium hospitalium hmoi fructus redditus et prouentus in eodem de nouo erigendo
Hospitali Caritatiua hospitalitas hmoi cõmodius teneri / et confluentes ad illud inibi recipi et refocillari vallerent idqz ad dicte Ciuitatis decorem et pauperum infirmorum peregrinorum et aliarum miserabilium personarum predictarum maximã cederet cõmoditatem,
Quare pro parte dicti Principis nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi quod vnum magnum hospitale pauperum hmoi cum amplis et cõmodis Officinis pro hospitalitate obseruanda in Ciuitate predicta in loco ad id cõmodo et cõuenienti de nouo fundare et cõstruj
facere possit licentiam concedere et illi omnia et singula alia hospitalia pauperum dicte Ciuitatis cũ omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus atqz Juribus vniuersis omnesqz domus ad hospitalitatem predictam deputatas intra ipsam Ciuitatem consistentes
et preter illa tot beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura de Jure patronatus Regis et principis predictorum tantum quorũ fructus redditus et prouentus Tricentorum florenorum auri de Camera insimul valorem annuum nõ excedant per-
petuo vnire annectere et incorporare necnon hospitalium domorum et beneficiorum hmoi ab hijs qui illa obtinent et pro tempore obtinebunt si illas sponte et libere facere voluerint resignationes ad effectum vnionum hmoi admitti mandare / ad allias in pmissis
oportune prouidere de benignitate aplici dignaremur. / Nos igitur qui dudum inter alia voluimus et ordinauimus qz petentes beneficia ecclesiastica alijs vniri tenerentur exprimere verum valorem annuum secundum cõmunem extimationem tam beneficij vniẽdi
quam illius cui vniri pateretur alioquin vnio non valeret / veros valores annuos fructuum reddituum et prouentuum hospitalium et domorum predictorum presentibus pro expressis habentes / ac pium dicti Principis propositum in hac parte plurimum cõmendantes
ac alias de premissis certam noticiam nõ habentes hmoi supplicationibus inclinati discretioni vre per aplica scripta mandamus / quatenus vos vel duo aut vnus vrm / vocatis quorũ interest de premissis omnibus et singulis eorũqz circunstantijs vniuersis auctoritate
nostra vos diligenter informetis et si per informationem ipsam ita esse repereritis / eidem Principi qd vnum magnum hospitale pauperum cum Amplis et cõmodis officinis pro hospitalitate obseruanda in Ciuitate predicta in loco ad id cõmodo et cõuenienti /
de nouo fundare et construi facere possit / auctoritate nra licentiã concedere / Et nichilominus eidem hospitali postqz fundatum et erectum fuerit congruenter omnia et singula hospitalia pauperum dicte Ciuitatis cum omnibus bonis suis mobilibus et ĩmobilibus
atqz iuribus vniuersis omnesqz domus ad hospitalitatem predictam deputatas intra ipsam Ciuitatem consistentes / et preter illa tot beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura / que videlicet de Jure patronatus Regis et Principis predictorum
tantum existant de consensu ipsorum et quorum fructus redditus et prouentus Tricentorum florenorum predictorum valorem annuum secundum cõmunẽ existimationẽ insimul nõ excedant perpetuo unite annectere et incorporare eadem auctoritate curetis /
Ita quod cedentibus seu simul vel successiue decedentibus Rectoribus hospitalium domorum et aliorum beneficiorum vniendorum hmoi liceat Rectori pro tempore dicti magni hospitalis de nouo erigendi / per se uel alium seu alios / corporalem aliorum hospitaliũ
domorum et beneficiorum predictorum possessionem auctoritate propria apprehendere / illorumqz fructus redditus et prouentus in vsum et vtilitatem dicti Magni hospitalis de nouo erigendi conuertere / et perpetuo retinere / diocesani loci / et cuiuscunqz alterius
licentia super hoc minime requisita / Preterea siqui ex Rectoribus hospitalium domorum et beneficiorum predictorum illa aut aliqua ipsorum ad effectum unionum annexionum et incorporationum hmoi in manibus vris sponte et libere resignare voluerint
vobis ad effectum antedictum resignationes hmoi admittendi / necnon resignantibus predictis pensiones annuas super fructibus redditibus et prouentibus hospitalium domorum et beneficiorum predictorum / etiam si ille ad valorem annuum omnium fructuũ
reddituum et prouentuum hospitalium domorum et beneficiorum eorundem ascendant per resignantes hmoi quoad uixerit percipiendas in terminis et locis de consensu partium statuendis ac sub censuris et penis in talibus apponi solitis respectiue reseruandi
Constituendi et assignandi / necnõ quascunqz possessiones domos et bona ĩmobilia Hospitalium domorum et beneficiorum predictorum sub annuis censibus siue cãnonibus Conuenientibus et honestis quibuscunqz personis / etiam laicis in euidentem tamẽ
vtilitatem dicti noui hospitalis concedendi eadem auctoritate plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem / Nos enim si erectionem noui hospitalis hmoi fieri / et illi per vos alia hospitalia domos et beneficia supra dicta vniri annecti et in
corporari contigerit ut prefertur / qd hospitale nouum predictum ad nutum prefacti Principis prouida eius ordinatione regatur et gubernetur quodqz omnes et singuli quos in eo ab hac vita migrare contigerit / sacerdotẽ ydoneum secularem vel regularem in
suum possint eligere confessorem qui confessionibus eorum diligenter auditis pro cõmissis per eos peccatis et delictis plenam remissionem concedere valeat ipumqz hospitale de nouo erectum omnibus et singulis priuilegijs ĩmunitatibus et indultis quibus alia hos-
pitalia et domus unita hmoi potiebantur et gaudebant uti et gaudere debeat in omnibus et per omnia perinde ac si eidem nouo hospitali specialiter et expresse concessa fuissent prefata auctoritate Statuimus pariter et decernimus. / Non obstantibus Priori vo-
luntate et ordinatione premissis ac alijs constitutionibus et ordinationibus aplicis necnõ statutis et consuetudinibus eorumdẽ hospitalium etiam Juramento Confirmatione apostolica seu quacunqz firmitate alia roboratis ceterisqz contrarijs quibuscunqz /
Aut si aliqui super prouisionibus seu cõmissionibus sibi faciendis de hospitalibus ac hmoi speciales vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illius partibus generales aplice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad Inhibitionẽ reseruationẽ et decretũ
vel alias quomodolibet sit processum / quas quidem litteras et processus habitos per easdem et quecunqz inde secuta ad hospitalia domos et beneficia predicta volumus non extendi sed nullum per hoc eis quo ad hospitalium seu beneficiorum aliorum preiudicium generari /
et quibuslibet alijs priuilegijs Indulgentijs et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunqz tenorum existant per que presentibus nõ expressa vel totaliter non inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri / et de quibus quorumqz
totis tenoribus habenda sit in nris litteris mentio specialis / Prouiso quod hospitalia et beneficia hmoi debitis propterea non fraudentur obsequijs et animarum cura si qua illis imminet nullatenus negligatur quinimo omnia et singula illis incum-
bentia onera per eorundem Hospitalium Rectores debite supportentur Nos enim exnunc Irritum decernimus et inane si secus super hijs aquoquam quauis aucte scienter vel ignoranter contigerit attemptari. / Datio Rome apud sanctum Petrum
Anno Incarnationis dominice Millessimo quadringentessimo septuagesimo nono Jdus Augusti Pontificatus nostri Anno octauo. / ¶ E apresentada como dito he lhe foy por parte do dito Moesteiro requerido que lhe mandasse dar ho trellado
da dita lettra empubrica forma / porquanto ho dito Mº das couas tinha necessidade do treslado della / que lhe pedia que lho mandasse dar empubrica forma. / E visto pello dito Sõr vigairo ho dizer e pedir por parte do dito Conuento. / E vista a dita
letra e como era sãa Inteira Mandou a mim notairo que eu lhe desse ho treslado della empubrica forma e que valesse e fizesse tanta fee como ho priopio original perao que Interpos sua autoridade ordinaria com interposição de decreto quanto com di-
reito devia e podia / e mandou que passasse pella chançellaria do dito Sõr Arcebpo. / E fosse assinada per elle dito Sõr vigairo e do sinal pubrico de mim Notairo / e eu lhe dei este / Testemunhas que presentes estauam e todo virom e ouuiram frey
fernam lopez freyre do Conuento de tomar e Pero fernandez porteiro da Rellaçam do dito Sõr Arçebispo e outros /

Xpoval doctor

Eu Sebastiam Roiz cligo de nyssa natural de lixboa e nõ Aptico q a todo cõ as ditas tas pnte fui e este Instrumento bee
e fielmente fiz do pprio original treslada e aqui meu pp sinal sinei q tal he dia mes e año ut supra rogado
e requirido



29 / Treslado d la bula dl hospital d lisboa

.E.E.

Bulla y Privilegios del Hospl. de Lisboa de que participa este delas plazas de Sevilla

PERGAMINOS, 34
Hospital de las Cinco Llagas, leg. 3

DIPUTACIÓN PROVINCIAL ARCHIVO

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO